



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXII. De collusionē detegēda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

licet Ecclesia damnum ferat per indigni electionem.

§. III.

De penis sortilegorum, & de iudice competente criminis sortilegi?

Clerici, si bono Zelo & ex simplicitate sortilegio usi fuerunt, suspendi jubentur ad tempus ab altaris ministerio, & divinis in cap. ex tuarum 2. b. t. si verò ex malitia sortilegia talia ex-

erceant, verbaliter deponendi sunt, & ad perpetuam penitentiam condemnandi, graviori etiam pena officio, si gravius peccaverint & c.

Judex autem competens circa hoc crimen cognoscendum, & iudicandum, est iudex Ecclesiasticus, etiam cum sit crimen mixti fori, ab utroque iurisdictionatum, sub certis, & proportionatis penis.

TITVLVS XXII.

DE COLLUSIONE DETEGENDA.

Collusio est inter actorem & reum laicis, & fraudulenta conventio, ut delicta vel maneant impunita, vel impudè committantur, ita ut ea collusio tam in causis civilibus, quàm criminalibus, tam Ecclesiasticis quàm temporalibus, & non solum per partes principales, clericos, vel laicos, sed etiam per advocatos & procuratores committi possit, & à iudice ex officio inquiri debeat, si accusator ab accusatione desistit, an per collusionem cum reo desistat cap. script. 1. b. t. neque crimina semel audita manere debent indiscussa juxta glossam hic

verb. Gregorius, est reus à criminibus de quibus fuit accusatus, aut denunciatus per collusionem absolatus sit, de novo accusari, & contra illum inquiri potest, ubi de collusione constitit. cap. instantium 4. b. t.

Pena autem clericorum collusionem in causa beneficii, laicorum et cap. audivimus 3. b. t. ut hereticus licet suis, super quibus collusio est, perpetuo priventur, ne malis talibus his taliter colludentibus sit licet, cum prejudicio collatorum legitimorum vel patronorum.

